



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XCIII. De Convivio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

bent juramento. *Mynsing. Cent. 3. Obs. 92. Wehner. obs. pract. verb. geschäftten.*

VII.

Contumacia cumulat poenam. *l. 4. de pen. Igitur crescente contumacia, etiam poena debent crescere. cap. 19. de jud. Reinhard. in append. process. vid. infr. de delictis. c. 12. n. 3. itaque contumacibus denegatur dilatio debitoribus consentientibus concessa. Perez. C. de cap. & distr. pign. n. 5. & de Decurion. n. 49. 50. & Contumacibus poena plerumque duplicatur. l. 8. §. 7. ff. de pen. l. 18. C. de Decur. Brunnem. C. eod. column. 7. regulariter iudicis arbitrio relinquuntur, quomodo contumaciam punire velit. Menoch. de A. J. Q. cas. 280. v. g. amissione privilegiorum. Mendoz. de Monet. quest. 31. n. 7. denegatione audientiae. Castrenf. in L. 1. §. ff. de off. ejus cui mand. Jurisd.*

IX.

Qui ab adversario impeditur, contumax non est. *l. 1. §. si reus de eo per quem factum erit. Nov. 53. c. 4. §. 1. ibi. si non forte studio.*

IX.

Si propter contumaciam unius electio duobus concessa est, contumacem excludit. *l. si legatario 22. §. a duobus de fideicommissi. libert. Ant. disputat. feud. 14. thes. 3. lit. B.*

X.

Contumax contumaciam non purgat, nisi prius damna restituerit & expensas, e. g. Decurio ab officio fugiens & reversus; nec revocatur immisio ex primo decreto, nisi refusus expensis. *l. 9. C. de bon. aut. jud. possid. nemini prius aditus ad iudicem patere debet. l. 15. C. de Judic. Perez. C. de Decur. n. 50.*

CAP. XCI.

De Conventu.

Axioma I.

Provinciales sine convocatione Praefidis convenire non possunt. *Brunnem. ad l. 5. C. de Legation.*

II.

Meretrices arcantur a conventu honestarum Matronarum, & prodeuntibus Vestalibus a litore submovebantur. *Perez. Cod. de Spectac. & Scen. n. 7.*

CAP. XCII.

De Conversione

Propositionum.

Axioma I.

Universale affirmativum quale est in *l. 35. ff. de iurjur.* Converti quidem potest per accidens. v. c. quicumque iusjurandum deferre possunt, ii & pacisci, solvere, solutionem accipere possunt. Ergo quidam qui pacisci, solvere, in iudicio possunt consistere, poterunt & iusjurandum deferre; vel per contrapositionem. Ergo quicumque non possunt pacisci, solvere, in iudicio consistere, ii nec iusjurandum deferre possunt. Non autem conversione simplici. Ergo quicumque pacisci,

solvere, in iudicio consistere possunt, iusjurandum deferre possunt. *Dn. D. Bitsch. in disput. de iurjur. th. habita Argent. 1616.*

II.

Quomodo converti debeat definitio cum definito, vid. *infra Definitio.*

De Conviciis vid. *Infra de Injuriis.*

CAP. XCIII.

De Convivio.

Convivia in matrimoniis non sunt de substantia. *Bald. in l. si donationum 22. Cod. de nupt.* Nec convivia in Doctoratu sunt de essentia. *Id. d. l.*

CAP. XCIV.

De Copia.

Axioma I.

Copia non probat absque originali *L. 2. ff. de fide instrum. cap. fin. X. eod.* nisi vel inter acta repertum, *Mynsing. Cent. 6. obs. 75.* vel antiquum sit, vel cum originali per Notarios collatum, *Myns. d. l. obs. 74. & 79.* vel difficultas sit habendi originale. *Wehner. in obs. pr. verb. Copen.*

II.

Copia debet dari parti non tantum de omnibus actis, sed etiam de allegationibus juris & Consiliis, ne iudex circumveniat ex falsis allegationibus: secus in his, quae dantur ad instructionem iudicis. *Lud. Rom. in sing. 266.*

CAP. XCV.

De Copulato.

COPULATA plura, quando requiruntur ad aliquid disponendum, non sufficit unum tantum intervenire, *l. si heredi 5. ff. de condit. institut. Jason. in l. 1. n. 2. & 3. ff. de iustit. & iure. Felin. in cap. ex parte. n. 21. & 22. de rescript. Bartol. consil. 155. Facti contingentia. n. 3. & 4. lib. 1. Joann. de Anan. consil. 32. ultra alia. n. 2. vers. circa quartum. Riminald. jun. consil. 600. n. 10. Roman. consil. 166. Visa diligenter. n. 4. Castrenf. consil. 103. lib. 1. & consil. 211. vers. ad secundum lib. 2. [quoties enim plura copulativè ponuntur, omnium complementum requiritur, nec sufficit partis impletio. l. si quis ita 129. de V. O. l. si heredi 5. ff. de condit. inst. Gail. 2. obs. 125. n. 8. cum eorum hæc sit natura, ut æqualem & æquè principalem concursum omnium copulatum requiratur. l. ea tamen 46. junct. gloss. ff. de leg. 3. Decian. resp. 1. num. 179. Regn. Sixtin. inter Consil. Marpurg. consil. 13. vol. 2. n. 9. Everhard. in loc. 109.]*